



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 161. Eorumdem origo, atque errores.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

trarcha in ea epistola summo Pontifici Sæcul. XV.  
maximos honorum titulos, eundem ap. A C 1441.  
pellans Sacerdotii perfectionem, & omnium Ecclesiarum Apostolicum Pastorem, Sacerdotum Principem, peregrinantium, qui ceteris viam salutis ostendat, Ducem, & languentium Medicum. Quibus Andreas hujus  
Epistolæ bajulus subjunxit, illum esse Caput, & universalem Ecclesiæ Doctorem, latinam vero Ecclesiam retinuisse doctrinam,  
quam ab initio SS. Petrus & Paulus tradidissent, quam aliae Ecclesiæ deserentes, & se a Romana Ecclesia Matre atque Magistrorum omnium separantes, gentibus in opprobrium, & ruinam traditæ essent. Papa ex Jacobitarum ad Ecclesiam accessione immenso cumulatus gaudio, felicem hanc sortem congratulatus est eorum Legato, atque ut unionem etiam quoad dogmata firmiter stabiliret, luculentam tradidit Catholicæ fidei expositionem, cuius rei tam exactam cognitionem haud quam assequi poterimus, nisi prius Jacobinorum originem, atque eorum errores compertos habeamus.

### §. CLXI.

#### *Jacobitarum origo, eorumque errores.*

Igitur Jacobitas nomen suum a quodam Jacobo Zanzalo seu Bardajo mutuasse constat.

Sæcul. XV. constat. Is erat natione Syrus Eutychis, & Dioscori discipulus, quorum ha-

A.C. 1441.

resin ineunte sæculo sexto adoptavit, & per universam Africam & Asiam tam late diffudit, ut tandem omnes reliquæ diverorum sectæ, in quas Eutychiani scindebantur, circa annum Christi septuaginta et unum coadunarentur in sola atque unica Jacobitarum factione, quæ & numero, & propagatione ceteris longe præ-

*Renodat. to. stabat. Nomen quoque Monophysita-  
rum fortiti sunt exinde, quod crederent,  
Es coll. li.  
turg. orient.*

naturam, atque Verbum corpus perfec-  
tum assumpisse, eique unitum fuisse in  
una sola natura, sola persona, & solo sup-  
posito absque alteratione, commixtione,  
atque divisione. In ceteris Christianæ  
fidei articulis nullo speciali infecti erant  
errore; Cœtus tamen eorum longe late-  
que extensus, potissimum portionem com-  
pletebatur Cophtas, & Ægyptios. Ho-  
rum plurimi quoque numerabantur in  
Syria, Æthiopia seu Abyssinia, & Arme-  
nia. Patriarcha Sedem suam fixerat  
Caremitæ, Mesopotamiæ urbe, arrogato  
Patriarchæ Antiocheni nomine, quamvis  
& aliis quidam Græcus Schismaticus  
hac prærogativa potiretur, qui Damasci  
residebat: Jacobitæ tamen a schismatis  
tempore usque adeo & numero, & au-  
toritate superabant Græcos, ut ipsi fer-

me

EU

me

occ

mu

je

fer

tar

rur

di

Se

In

tur

In

dri

tif

nic

tif

scr

H

ni

ni

St

et

me soli Sedem Patriarchalem Alexandriæ Secul. XV.  
occuparent, licet alter quisquam hoc A.C. 1441.  
munere fungatur pro Græcis, qui sibi sub-  
jectam tenet Æthiopiam, ubi Christiani  
fere omnes Eutychianorum, seu Jacobi-  
tarum sectam profitentur; ita nempe ho-  
rum errores vix a Græcorum schismate  
diversi sunt.

§. CLXII.

*Sessio IV. Concilii Florentini post  
discessum Græcorum.*

In Sessione Concilii Florentini, quæ post  
discessum Græcorum quarta numera-  
tur, Eugenius die quinta Februarii Anno  
Incarnationis Dominicæ millesimo qua-  
dringentesimo quadragesimo primo, Pon-  
tificatus sui octavo edidit Decretum U-  
nionis Jacobinorum, quod tam ipse Pon-  
tifex, quam duodecim Cardinales sub-  
scriperunt.

§. CLXIII.

*Decretum Unionis Jacobitarum.*

Hoc Decretum ab illis Isaiæ cap. 5, ver-  
bis exorditur. *Cantate Domino, quo-  
niā magnifice fecit, annuntiate hæc in u-  
niversa terra. Exulta & lauda habitatio  
Sion, quoniam magnus in medio tui san-  
ctus Israel &c.* Postea Eugenius Papa  
Ecclesiæ